

bis currendum est, quos perfecti Dominus tantum cervorum, ut super excelsa statuat nos: his duobus manibus laborandum, et his duabus alis velociter volandum est, ut in via divini famulatus in dies magis, ac magis crescamus. Desideria virtutis sine virtutis operibus minime sufficiunt: esset enim velle uno tantum pede progredi, ad una tantum ala volatum tentare. Unde recte Salomon (Proverb. 21) dixit: *Desideria occidunt pigrum, scilicet, operibus desituta: qui enim obligationi suae satisfaciit suo desiderio, quando adest facultas operandi, immo, cum operari renuit, tunc inefficacia convincuntur eius desideria, ut fati- lia. Unde quod dixit vidua Eliae (3. Reg. 17): En colligo duo ligna, ut ingrediatur, et faciam ignem mihi, et filio meo, mysterium involvit eius, quod nos facere debemus, nempe, ut colligamus duo ligna: alterum boni desiderii, boni operis alterum, quibus ignem fervoris, et devotionis in nobis excitemus.*

Secundum documentum ad progressum spirituales facendum docuit nos d. Ambrosius, modum praescribens, quo sit proficiendum (in Psal. enim 1 in illa verba: *Beatus vir*) ait: *Nobis initium bonorum, abstinentia peccatorum est, quoniam legimus: declina a malo, et fac bonum: hic enim ordo est disciplinae, ut ab inferioribus ad perfectiora contendas, ne terrearis mole maiorum, qui leiorum exordio habes provocari; scalarum enim similes esse Scriptura nos docet, pietatis ascensum, per quas vidit angelos Domini ascendentes, et descendentes sanctus Iacob, vir exercitacionis, qui nobis propositus est, ut per illum cognosceremus gradum virtutis paulatin nos proferre debere; et ita posse ab imis ad summa contendere, si per processum graduum exiguis ad ea, quae videntur humanae altiora naturae; hactenus d. Ambrosius. Si autem ignoras ordinem graduum, per quos tibi ascendendum est, ut multum proficias, audi b. Cass. (lib. 4. de instit. cap. ult) haec scribentem: Principium nostrae salutis, sapientiaeque secundum Scripturas unum Domini est; de timore Domini nascitur compunctio salutaris, de compunctione cordis procedit abrenunciatio, id est, nuditas, et contemptus omnium facultatum, de nuditate humilitas procreatur, de humilitate mortificatio voluntatum generatur, mortificatio voluntatum extirpantur, atque evanescent vitia unicepsa, ex pulsione vitiorum virtutes fructificant, atque crescent, pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur, puritate cordis Apostolicae charitatis perfectio possidetur; haec Cassianus.*

Tertium documentum est, ut si quis proficere desiderat, etiam modicas proficiendi occasiones sibi praereri non sinat. Hoc documentum docuit me d. Paulus (Acto. 26), dum dixit: *Opto apud Deum, et in modico, et in magno non tantum te, sed etiam omnes, qui audiant, hodie fieri tales, qualis et ego sum. Ecce prius in modicis, et minoribus, postea in maioribus cupiebat Apostolus fieri audientes sui imitatores, ut ordinata esset virtutis progressio. Certe negotiator, quamvis magna lucra magno voluptatis ardore quaerat, modica tamen non spernit, sciens, quia multa modica*

lucra unum magnum faciunt, et non modicam accessionem suis divitiis adiungunt; eodem prorsus modo si multipliciter parvi profectus, magna ipsi merita congerunt, et non parvam nostrae virtutis partem ipsi constituunt. Hoc idem me docent aurifices, qui cum aurum manibus tractant, non solum caute se gerunt, ne magnam auri partem perdant, sed etiam ne minimum granum amittant: sciunt enim, quod ex multis minutis auri granis magna auri copia conflatur. O incredibilem stultitiam nostram? est ne aurum, quod tractant aurifices merito virtutum pretiosius? sed si illi caute ambulant, ne modicum metalli corruptibilis perdant, cur nos ambulamus incaute, immo imprudenter, qui tot virtutis adaugendae occasiones perdimus, et gemmas meritorum pretiosissimas non tantum oblitii, aut incuriosi, sed scientes, et videntes derelinquimus? Verum iuterrogabis: quid est, occasiones modicas proficiendi incidentes non praerere? forsitan aliquis, ista legens, linguam, quam non noverat, nunc audit, et nos modica exquirentes non intelligit? Huic, ut intelligat, honestissimam ac fidelissimam Ruth, in proficiendo, formam proponamus: illa quippe simul cum socru sua mendicabat, et fame laborans, veniam ad quaerendum tantae necessitatis remedium in haec verba proposuit: *Si iubes, vadam in agrum, et colligam spicas, quae fugerint manus metentium; ubiqueque clementis in me patris familias reperero gratiam. Annuente matre, abiit, et colligebat spicas post terga metentium. Felix illi tunc exigua ammone collectio fuit, ut ex spicis a messoribus relictis, atque contemptis ad mensam, et ex lecto ad congium eius, et ad possessionem omnium, quae ipse habebat, hilariter properaverit. Considera et tu similiter mendicatem tuam, et expende famem tuam, quam, ut cibi sumptione compescas, collige spicas a metentibus derelictas, et modicas proficiendi occasiones, quas magni in suis oculis spernant, et congrega in sinum tuum, et sic primum fami virtutis te cruciantis utemque satisfacies. Postea ad mensam, in qua satieris, id est, ad magna merita virtutis accedes, deinde in lectum hominis divitis admitteris, qui dicit tibi, ut non melius, et dormias usque mane, ac tandem, te in sponsam charissimam accipiel.*

Adde, praeter tria nuper exhibitae documenta, tria quoque observanda, quae iustos crescere faciunt. Primum est paupertas, pro Dei amore patienter lata, iuxta verba illa Ioseph (Gen. 41): *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meae. Secundum est interna aliqua cordis oppressio, ut in figura contigit filiis Israel (Exo. 1), ubi dicitur: Quoties opprimebat eos, tanto magis multiplicabantur, et crescebant. Tertium est humilitas: de Esther enim (cap. 11) ob extimiam eius humilitatem legitur: *Fons parvus crevit in fluvium maximum.**

Quid plura? sane omnia, quae hucusque dixi, quasi compendio video comprehendisse Christum Dominum in parabola illa (Marc. 4): *Sic est Regnum Dei, quemadmodum, si iaciat homo semen in terram, et dormiat, et eurgat*

*nocte, ac die, et semen germinet, et crescat, dum nescit ille: ultra enim terram fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica; et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis. Quid hic aliud nobis a Christo explicatur, quam profectus vialorum per verbum Dei divina largitate illis missus? Sed, ut dilucidior aliquatenus fiat tota haec parabola, non gravabor expositionem illius ex d. Gregorio (in comm. huius loc.) adicere: Semen, inquit, homo iaciat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit; et postquam semen iactatum est, dormit, quia iam in spe boni operis quiescit: nocte vero spargit, ac die, quia inter adversa, ac prospera proficit, et semen germinat, et crescit, dum nescit ille; quia, cum adhuc metiri incrementa sua non valet semen, concepta virtus ad profectum ducitur, et ultra terra fructificat, quia praeviente se gratia, mens hominis spontanea ad fructum boni operis surgit; sed haec eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonae adhuc tenebrositatem habere; ad spicam vero herba venit, cum sese virtus animo concepta ad profectum boni operis protrahit; plenum vero frumentum in spica fructificat, quando iam tantum virtus proficit, ut esse robusti, et perfecti operis possit. Sed, cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus in productum fructum falcem mittit, et messem suam dissecat: quia, cum unumquemque ad perfecta opera perduxerit, eius temporalem vitam per emissam sententiam incidit, ut granum suum ad coelestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona accipimus, semen in terram mittimus; cum vero operari recte incipimus, herba sumus; cum autem ad profectum boni operis evasimus, ad spicam pervenimus. Cumque in eiusdem operationis perfectione, solidamur, iam plenum fructum in spica proficimus. Imitemur ergo fratres, Christum Dominum: nam, ut ait d. Ioannes (in sua prima Can. cap. 2) qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare. Unde cum Evangelista dicat: *Iesus crescebat sapientia, aetate, et gratia apud Deum, et homines, ita et nos similiter crescamus, vel, ut melius dicam, ipse crescat in nobis. Sicut enim corpus humanum sua habet incrementa, et progressus aetatum, ab infantia ad pueritiam, a pueritia ad adolescentiam, ab adolescentia ad iuventutem, a iuventute ad virilitatem; ita oportet, ut Christus semper in nobis crescat, meliora continuo charismata accumulando, ut loquitur d. Paulus. Adolescit in nobis Christus, et grandior fit, cum iam relicto carnis, solidum cibum spiritus appetimus, cum, neglectis terrenis, ad coelestia aspiramus. Igitur, qui in Christo renatus est, oportet, ad illius exemplum, non manere in infantia, sed in dies crescere, et progredi, et instar Caroli V. symbolum illud: *Plus ultra: in columnis Herculis exaratum, sibi usurpans, quae retro sunt, obliviscendo, ad anteriora se extendere cum d. Paulo.***

Adverto tamen, ab hoc proficiendi studio neminem posse excipere. Putant enim multi, id proprium esse Regularium, qui viam perfectionis ingressi sunt: sed falluntur, quia non semel contigit, coniuges matrimonii vinculo copulatos amplius proficere, quam Regulares, et Eremitas, ut legimus in vita Patrum: (lib. enim quarto c. 16) refertur, quod duo antiqui Patres in eremo rogaverunt Dominum, ut ostenderet eis, ad quam perfectionis mensuram pervenissent? et venit coelestis nunciarius illis dicens: In villa, quae est in Aegypto, adest quidam saecularis, Eucharistus nomine, et uxor eius, Maria: nondum pervenistis ad mensuram ipsorum. Exurgentes illi, venerunt in vicum illum, et percunctantes, invenerunt cellulam ipsius, et uxorem eius, et dicunt ad eam: ubi est vir tuus, et illa: in campo est, et pascit oves; et introduxit eos in domum. Cum vero factum esset, venit ille cum ovis, et videns illic seniores paravit mensam, misique aquam in pelvis, ut lavaret pedes eorum; qui dixerunt, non gustabimus quoquam nisi indicaveris nobis prius operationem tuam. Et ille cum humilitate: Ego, inquit, sum pastor ovium, et haec uxor mea est. Cumque perseverassent illi, rogantes, ut omnia denunciat, et ipse nollet dicere, dixerunt ei: Deus nescit nos ad te. Audiens autem hoc verbum, timuit, dixique eis: ecce oves quas habemus a parentibus nostris, et quaedam nobis donavit ex ipsis Dominus, dividimus in tres partes; unam partem pauperibus, alteram in susceptione peregrinorum, et tertiam partem in usum nostrum. Ex quo autem accepit uxorem meam, neque ego pollutus sum, neque ipsa, sed virgines adhuc permanemus; singuli autem remoti ab invicem dormimus, et nocte indiumus nos saccis, die vero vestimenta nostra accipimus, et usque huc nemo hominum cognovit. Cumque haec audissent illi Patres, admirati sunt, et recesserunt, benedictes Deum. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Explicatur admassim, quomodo inscius parentibus puer Iesus potuerit manere in templo, et qua ratione illo triduo, quo absens fuit ab illis, victum quaeritarit; ac tandem de dolore, et gaudio Virginis propter Christum amissum, et inventum disseritur, in illa verba: Remansit puer Iesus in Ierusalem, et in illa alia: Regressi sunt in Ierusalem requirentes eum; et invenerunt illum in templo.

Cum in hoc genere argumenti nihil certa fide exploratum habeamus, multifariam, multisque modis licet nobis explicare, qua ratione, quove modo puer Iesus remanserit in templo parentibus inscius, aut ab illis in coeplo iam reditu se potuerit subducere, absque ul-

la eorum notitia. Prius tamen suppono falsam esse illorum sententiam, quos suppressis nominibus refert Chrysostomus Lusitanus (*tom. 2. de verb. Dom.*) in eius introductione, qui opinati sunt, quod cum in templo separatae essent foeminae a viris, liceretque filiis parvulis patribus, vel matribus adhaerere, facile potuit puer Iesus ab illis discedere in eodem templo manens, quia unusquisque parentum eum apud alterum esse prudenter existimabat. Hoc certe mihi non videtur cohaerere cum verbis d. Lucae (*cap. 2.*): *Consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem.* Super quae verba cardinalis Toletus ait: *Nescientibus parentibus, et revertentibus in Galilaeam, remansit solus Iesus in Ierusalem: incceptus ergo erat iam reditus in Galilaeam, cum puer Iesus a parentibus discessit.* Rationi etiam illa sententia adversatur: quia, cum non immediate ex templo parentes iter arripuerint in Galilaeam, sed prius diverterint ad hospitium, tunc si mansisset in templo, continuo illi agnovissent eius absentiam; Evangelista autem expresse dicit, id non cognovisse, nisi cum redirent. Hac ergo explosa sententia, celebris est, et nullum repellebat opinio Bedae (*in cap. 2. Lucae*), asserentis, Israelitis morem fuisse, ut temporibus festis Ierosolyman confluentes, et inde redeuntes, seorsum viri, seorsum foeminae, chorus ducentes incederent; pueri vero pro libito, vel patrem comitentur, vel matrem; ideoque Deiparam existimasse Christum cum Iosepho redire, Iosephum contra, sibi persuasisse matrem potius fuisse secutum. Id ipsum affirmat ibidem Lyrannus. Cardinalis tamen Toletus, et Maldonatius improbant hanc sententiam, quia cum dicit Evangelista parentes existimasse, eum esse in comitatu, atque inter cognatos eum quaesivisse, non obscure significat, Iosephum, et Mariam simul ivisse.

Alii tamen, cum Barringio (*in cap. 2. Lucae*), quibus Bedae sententia displicet, putant morem illum eundem separatim, fundari posse in eo, quod in templo peculiare erat foeminarum a viris distinctum ab aetio virorum: ut enim tradit Iosephus (*l. 6. de bel. iud. c. 6.*) tam ingressu templi, quam etiam intra ipsum templum, et portis diversis, et portibus interpositis foeminae a viris distinctae erant, et Zacharias (*c. 12*) foeminas seorsum a viris plangere testatur: *familiae, et familiae seorsum, et mulieres seorsum*: ex quo iudicio verisimile etiam esse, ut, cum in templum Ierosolymitanum ibant, seorsum a foeminis viri iter facerent: quod si vera est haec sententia, facile potuit puer incepto reditu, ad aliquem locum in ipso itinere divertere, ubi lateret, quousque totus comitatus pertransiret: quod idem etiam insensibilis parentibus praestare potuissent, etiam si illorum sententia verior esset, quod apud Hebraeos non seorsum viri a foeminis, sed turmatim, opudatimque soliti erant templum adire, et ab eo redire: in ea enim turba praemisissus erat puer Iesus a parentibus, ut separatus ab ipsis cum cognatis progrediret, ut manifeste tradit Evangelista dum ait, existimasse parentes, illum esse in comitatu.

Secundo potest intelligi, in hunc modum id contigisse, quod Maria, et Ioseph Ierosolyms recessuri, una cum cognatis et notis, ac religio comitatu, ceteris praecedentibus, improvisa aliqua, sed Dei providentia, suborta, sicut multoties accidere solet, occasione detenti, sed tamen mox velociter consequuntur, praemisserunt cum cognatis, et notis puerum Iesum, qui paululum cum illis progressus, non autem civitate egressus, veluti suorum parentum cupidus, sicut pueri solent, loco steterit, illos expectaturus, vel ad illos rediturus, hospitium versus tendens, ex insulato tamen, et voluntate, non vero a via aberrans, eo modo parentibus, et cognatis, ac notis inscitis, divino consilio, se subduxerit. Haec omnia humano modo facile contingere poterunt: si tamen ad miracula recurramus, iam aperit viam Origenes (*ho. 19. in Luc.*), qui de hoc ipso disserens, tradit, Christum Dominum invisibilem se reddendo, se subduxisse a parentibus, eius recessum proinde omnino ignorantis: verba eius sunt haec: *Quomodo in Iohannis evangelio scriptum est: quando insidiabantur ei Iudaei, est elapsus de medio eorum, et non apparuit; sic, et tunc puto, remansisse puerum in Ierusalem, et parentes eius, ubi remanserit ignorasse; haec Origenes.*

His iam praelibatis, oportet explicemus, quomodo per totum illud triduum Christus Dominus vltimum quaeritaverit. In hac etiam re cum nihil certi habeamus, philosophari licet, quod, vel Christus Dominus supernaturali, et miraculo modo se habere voluit, vel modo naturali, et humano; si primo modo, facile id praestare potuit, ut divinitus sustentatus, cibo non indigeret, sicut postea fecit, cum ieiunavit quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, ut refert d. Matthaeus (*cap. 4.*). Vel certe dici potest, quod fuerit angelorum cibatus ministerio, sicut in deserto ei contigit, eodem Evangelista dicente: *Et ecce angeli ministrabant ei.* Si vero secundo modo se habuit, bifariam potuit contingere, vel, quod doctores, ob praeceleram pueri indolem, et mirandam in puerili aetate doctrinam, quam ab eo audierant, in domum suam illum invitarint, et necessaria ei subministraverint, ut docuit celebris sua aetate theologus Iohannes Maior (*in cap. 1. Lucae*) dicens: *Potuerunt enim viri docti, et ingenii eius eruditionem admirantes, eum ad mensam invitare; potuit etiam actionem caloris naturalis in humidum radicele impedire, et non famescere.* Addit etiam ibidem, quod forsam a parentibus aliquid vitium habuit, quod se potuisset illo triduo sustentare. Sed si nomine vitium intelligit pecuniam, non probat: quia, qui postea moniti discipulos, ne pecuniam in zonis portarent, non est verosimile, eum contrarium fecisse, quod non solum venit docere verbo, sed exemplo. Si autem nomine vitium aliquid cibum significet, probabilius id esset, quamvis neque id crederim, cum ipse de crastino docerent non esse sollicite cogitandum. Duplex tamen via, cum ratione, et cum paupertate, quam Christus proflebat, magis coniuncta mihi videtur eligenda. Prima, quod ad commune

pauperum hospitium pro refectioe cibi, et pro cubito diverterit, ut tradit d. Bonaventura (*lib. meditationum vitae Christi*), vel certe, ut docent idem d. Bonavent. (*in apoc. pauper.*), Alexander de Ales (*3. p. q. 31. memb. 2. art. 2.*), Ludolphus (*de vita Christi*), toto illo triduo victum quaeritaverit ex elemosynis ostiatim postulatis: quibus consentiunt multi graves doctores moderni, qui omnes duce huius sententiae habent d. Bernardum, qui (*homil. infra oct. Epiph.*) interrogans, ait: *Domine Iesu, quis te cibavit in illo triduo?* et respondet: *Quid dicam Deus meus? ut te per omnia nostrae conformares paupertati, et in te humanae naturae calamitates susciperes, quasi unus e turba pauperum stipem pro ostia mendicabas. Quis dabit me, buccellarum illarum sic mendicatum participem fieri? O admirandam Dei dignitatem, ut de eius cibo pene infinita angelorum multitudo in caelo pascitur, et de eius liberalitate volucres aeris, pisces maris, et cuncta animalia terrae quotidie aluntur, dicitur David: Tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tuam manum tuam, et implet omne animal benedictione: hic, inquam, tam opulentus buccellam panis a creaturis suis mendicet. Stupendum sane mysterium iuxta Pauli sententiam: qui cum dices esset, pro nobis egenus factus est. Et quidem cum d. Thomas (*2. 2. q. 187. art. 5.*) expresse concedat, Christum aliquando mendicasse, dicens: *Christus mendicavit secundum illud Pauli: Ego autem mendicus sum, et pauper: quod, et affirmant Card. Caiet. (in comment. illius artic.), Vuald. (l. 4. fidei c. 3. et 4.), et Pighius (l. 1. cont. Erasem.), et Carthusianus (l. 2. annot. cont. Caiet.), quibus et evangelica eloquia opitulantur, dum referunt mendicasse locum, ubi pascha cum discipulis celebraret; et a Zachaeo hospitium postulaverit, ut ad illud diverteret: quid autem est mendicare, nisi necessaria ad victum quaerere, et postulare? cum igitur, inquam, ex sententia d. Thomae, et reliquorum doctorum, Christus aliquando mendicaverit, verosimile etiam satis est, mendicantem hanc exercuisse illo triduo in Ierusalem, cum, et parentes, et cognati abessent, qui alimoniam ei praestarent, et inter ignotos degeret.**

Sic huius sententiae refragari non paucos theologos, praecipue tamen Abulensem (*in c. 17. q. 194.*), Lyrannum, et Carthusianum (*in c. 15. Deut. 15.*), Maiorem (*in c. 2. Lucae*), Castrum *l. 10. advers. Haeres.*), Medianam (*3. p. q. 40. art. 3.*), eo praecipue fundamento innitentes, quod apud Hebraeos non esset mendicandi consuetudo: nam (*Deuter. 15*) illud in haec verba extat praecceptum: *Et omnino indigens, et mendicis non erit inter vos. Sed salva pace Abulensis, et reliquorum, germanum sensum horum verborum ignorasse mihi videtur: quia, ut angelicus doctor tradit, indicato loco, illud praecceptum non pauperibus, sed divitibus datum fuit, ne suarum divitiarum tenaces essent, sed in pauperes ita liberaliter illas erogarent, ut nullus ob inopiam mendicare cogereetur. Vel certe verba illa, ut adnotat Card. Caiet. Isid. Clar. et Olcast. (*in c. 13. Deut.*) non continebant praecceptum, sed observatae*

legis praemium, ita ut Deus polliceretur in praemium observantibus legem eius, nunquam fore mendicatos; quia tamen eam non observantem, frequenter apud se mendicantes habent. Unde d. Lucas (*c. 16*) ait: *Erat mendicus quidam Lazarus: et (c. 18) inquit: Caecus quidam sedebat stercus viam mendicans: et (Joan. c. 9) illa vox audita: Nonne hic est, qui sedebat, et mendicabat?* et (*Actor. 3*) legimus: *Claudius ad speciosam portam templi mendicabat.* Proorsu igitur falsum est, et cum evangelica doctrina pugnans, affirmare, apud Hebraeos mendicandi consuetudinem non fuisse: quare mendicantem verbis Deuter. prohibitam fuisse pauperibus falsum omnino repulo.

Sed, iam ad diligentem, et dolorem, quo b. Virgo filium quaeritabat, et ad gaudium inventionis illius, eloquium convertamur. Prius tamen dicendum de cogitationibus, quibus Virginis animus impetebatur, deinde de gravitate doloris, quo virginem eius cor fuit exulceratum; ac tandem de gaudio inventionis, quod tam diligens inquisitio, et tam acerbus dolor, vult praemium, promoterit, disseremus. In primis, quod attinet ad cogitationes, quas beata Virgo animo suo versabat, Timotheus presbyter Ierosolymitanus (*oratione de propheta Simone*), existimat, hanc cogitationem in mentem Virginis irrepisse: Si forsitan filius suus interisset. Verum hoc omnino explodedum est, cum b. Virgo ex sacris Scripturis probe agnovisset, Christum in virili aetate moriturum, et non nisi cruci affixum. Antiquissimus Origenes (*hom. 19*) putat in eam cogitationem incidisse Virginem, si forte pagani, praecipue ipsi Israelitici irritatos vellet reverti ad coelum, iterum descensurus, sibi bene placuisset. Impugnatum hoc cardinalis Toletus (*in cap. 12. Luc.*) duplici ratione: quia si Virgo existimasset, filium in coelum revertisse, doluisset quidem, sed non requisivisset eum; quia nemo queresit, sine spe invenienti; quae autem spes esset poterat Virgini existimanti Christum iam in coelum revertisse? Secundo: quia si Christus in coelum tunc evolasset, non congruenter istud cum promissionibus factis per Gabriellem in annunciatione, nec cum verbis Elisabethae in visitatione, nec cum prophetia ipsius Virginis: *Beatum me dicent omnes generationes.* Ceterum utraque ratio non videtur firma. Prima quidem, quia illa existimatio Virginis non erat cum omnimoda certitudine, atque adeo erat opinativa, et ex consequenti cum formidine partis contrariae, et ideo recte poterat habere spem illum invenienti, sciens, aliter potuisset rem venire, quam ipsa cogitabat. Secunda etiam minus convincit: quia etiamsi de facto Christus ascendisset tunc in coelum, et postea revertisset, omnia illa potuissent ita bene impleri ac si non ascendisset. Quare firmior ratio mihi videtur ad infirmandum Origenis sententiam, quod ex sacris Scripturis, et ex divinis revelationibus, quas b. Virgo frequenter habebat, non ignorabat, duplicem tantum Christi adventum: primum, ad redimendum genus humanum; secundum ad iudicandum illud. Non ergo potuit cogita-

re tertium illam adventum, quem Origenes configit.

Chrysofomus Lusitanus (*tom. 2. de verb. Domini. c. 57*) ait, cogitasse Virgineum non Christum ab ea discessisset, aliqua eius culpa defensus, ac proinde alios nutritores quaereret, et ipsos desereret: hic enim timor proprius est iusti, cum Salomon dicat (*Prov. 2*): *Beatus est homo, qui semper est pauidus.* Sed hoc magis displicet, quia cum beata Virgo non ignorasset se nunquam peccasse nec venialiter, immo ex dono confirmationis suae in gratia factam fuisse omnino impeccabilem, neutquam illam invadere potuisset suspicio, si forsitan Christus ab illa ullo modo fuisset offensus.

Alii opinantur, beatam Virginem debuisse, si forsitan decrevisset Iesum solitariam vitam agere, et ab omni humano consortio segregatam. Sed minime id crederem, utpote quae recte agnovisset, Iesum vocatum, *Emmanuel*, quod interpretatur: *Nobiscum Deus.* Venerat enim, ut nobiscum conviveret, ac vitam coelestem inter medios homines ageret. D. Antoninus (*l. p. tit. 6. c. 1. §. 5*), et Dionysius Carthusius (*in enarrat. Evang. secum. Dom. post Nativ. serm. 3. eiusd. Domini*), et Glossa, quam ipse citat, affirmant, cogitasse Virginem, ne mortem, quam Herodes machinatus fuerat Iesu infanti, eandem Archelaeus qui tunc regnabat, eidem inferre moliretur. Hoc sane verosimilius est, quia licet recte agnovisset, Christum subituro non esse mortem in ea aetate, nec interficiendum ab Archelaeo, potuit tamen timere sapienter, ne instar Herodis, illum persequeretur, aut aliquid molestiae inferret, quamvis, et id non ignorasset, involuntarie et accidens non posse. Card. Tolet. (*in c. 2. Lucae*) aliam viam ingreditur, dicens: *Advertendum est beatam Virginem ex una parte frater creditisse Christum Dei Filium esse omni scientia, et sapientia plenum, cui nihil a casu, nihil ex errore accidere poterat; ex altera vero parte experta erat, eum ab infantia humano more processisse, et sicut ceteros adolescere: neque enim in infantia loquebatur, nec firma membra corporis, ut ambularet, acceperit, nec propriis manibus inducebatur, sed auxilium, et opera matris usus est, reliquisque infantibus, et pueris fragilitates communes habuit: paltebatur sitim, famem, lacrymas, vagitus, et alia huiusmodi. Nocebat profecto Virgo beata, Filium Dei, non ex infirmitate, sed sponte, et voluntate haec pati, ut nobis similis esset, quos salvare venerat: hoc factum est, ut cogitaret etiam mora peccatorum, illum aberrare voluisse a via pro tanta multitudine tunc confluyente, ut solent saepe pueri a parentibus aberrare, non quidem, ut ceteros, qui nolentes errant, sed volentes, sicut et ceteros hominis infirmitates huiusmodi volens assumpsit.* Haec expositio meo iudicio satis congrua est: licet enim omnes doctores, cum Origene (*hom. 19*), et Tito Bostrensi episcopo, et Theophylacto (*in cap. 2. Lucae*) doceant b. Virginem non existimasse, Christum Dominum ab illo, et ceteros pueros aberrasse, cum recte agnosceret esse Deum, id tamen non pugnat cum Card. Toleti sententia: nam ipse non inficiatur, Virginem non existi-

masse, Christum errasse ex ignorantia, instar ceterorum puerorum; sed aut existimasse quod erraverit scienter, et data opera, ut in hoc etiam, quoad fieri posset, aliis pueris se praeberet conformem, et hanc puerorum miseriam sciens, et volens experiretur.

Quidquid tamen sit de variis his cogitationibus, quas rationabilibus coniecturis ducti praecitati Doctores, Virgini tribuunt, duplicem tamen hanc cogitationem in Virgine mentem venisse, nemo mihi inficiari poterit. Est enim certus, quam probatione indigeat, cogitationem de probabili incommoditate pueri, et penuria inter ignotos degentis, necnon etiam cogitationem de eius absentia, quem tam ardentem amabat, et de incertitudine futuri illius, si forsitan ad longum tempus ab ea se decrevisset subducere, ut eo etiam solatio, quo gaudebat in consortio dilectissimae suae genitricis, se amore nostri privaret, in mentem Virgine venisse.

Haec, et similes aliae cogitationes acerrimum dolorem in Mariano corde excitarunt, coepitque in ea impleri vaticinium Simeonis (*Lucae 2*): *Tuum ipsius animam pertransibit gladius; immo Timotheus presbyter Ierosolymitanus (oratione de propheta Simeone),* opinatur, *Simeonem locutum esse praecipue de hoc dolore, quem in Christi amissione Virgo concepit, tanta fuit eius acerbitas. Non tamen propterea probo, quin potius reiicienda arbitror, quae hic auctor, alioquin gravissimus, in persona Virgine ibidem ponit, dum eam introducit in hunc modum exultantem: O carissimam? quando expectavi felicitatem, tunc damnum sensi, heu mihi, quis thesaurum surripuit? quis praesens est frustratus? heu mihi, non dicar amplius benedicta in mulieribus: non amplius dicent: beatus venter, qui te portavit! extabui, non autem beata evasi? haec ille: quae, quia pugnant cum integerrima fide, qua beata Virgo credebatur, beatam esse dicendam in omnes generationes, ut in cantico suo ipsa prophetae veritas, nulla ratione sunt acceptanda.*

Aliter ergo dolorem hunc Virgine expendimus: solet pietas christiana hodierna die vocare Iesum perditum; quae verba in eo sensu verissima esse censeo, quo solet perditum vocari: tum, quod non invenitur, tum quod per vias sibi inusitatas, et insolitas vagatur anxie quodpiam quaerens. Iesus ergo puer erat perditus, tum quia a multis non inveniebatur, a quibus per peccatum perditus ipse fuerat; tum etiam, quia tanquam nam pastor quaerit per vias divinae Maiestati inusitatas, et insolitas oves suas errantes, ut ait Isaias (*c. 53*): *Oves nos, quasi oves, erravimus, unusquisque in viam suam declinavit.* Viae enim Dei sunt coeli, bealitudo, gloria, aeternitas, celsitudo; viae sane pulchrae. Viae autem hominum sunt arida terra, labor, luctus, paupertas, et similes aliae miseriae, et infelicitates: unde idem Propheta (*c. 55*) in persona Dei dixit: *Sicut exaltantur coeli a terra, sic exaltatae sunt viae meae a viis vestris.* Iesus igitur puer perditus erat, dum vias asperas, et difficiles famis, sitis, et paupertatis sibi, in quantum Deo, inex-

pertas, et inusitatas, perambulabat; quaerens anxie, tanquam bonus pastor, oves perditas, ut ad pascuam paradii eas reduceret. Sicut enim olim Ioseph puer, ut legitur (*Genes. c. 37*), aetatis suae sexdecim annorum, ex patris mandato, et amore fratrum, quaerebat eos; et interrogatus, quid quaereret? respondit, *fratres meos quaero, super quae verba d. Ambrosius (lib. de Ioseph cap. 3) dixit: Merito errabat, qui quaerebat errantes; ita Christus Dominus, cum duodecim annorum esset, ex praecepto Patris, amore fratrum, matrem deserit ut illos quaerat, nulli parcens labori, ut tandem eos inveniat.* Cum igitur beata Virgo alta mentis cogitatione perenderet vias illas asperas, et inusitatas, et ut nuper dicebam, ipsi Verbo divino inexperat, per quas puer Iesus sciens, et prudens vagabatur, non poterat ipsa prae tenuitudine materni amoris, et ardentissime pariter suae charitatis incendio non illi commisereri, et condolere. Sicut enim, ut refert d. Greg. (*in suis Mor.*) cum duae lyrae, aut alia similia instrumenta sibi invicem omnino concordant, et consentiunt, cytharado unum illorum tangente, continuo alterum etiam intulatum insonat illa, cum corda Christi, et Mariae, essent velut duo instrumenta musica in omnibus, et per omnia recte sibi consentientia, Christo dolente ex una parte absentem esse a dilectissima matre, et ex alia, lugubrem gemitum sonum emittente, quod oves errantes, quas quaerebat, non inveniret, quia ut dixerat Ieremias (*cap. 50*): *Græcæ perditus factus est populus meus;* continuo cor beatae Virginis coepit gravi dolore affici, lugubremque lamentationis sonum emittere.

Quando autem coepit haec lamentatio, cum Evangelista solum dicit b. Virginem per unum diem discessum filii sui ignorasse; ait enim (*Lucae 2*): *Venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos, non potest determinatum tempus assignari, quo primo b. Virgo agnovit puerum Iesum ab ea discessisse; in re tamcn incerta, cum coniecturae locus sit, sententia Euthymii (in cap. 2. Lucae) mihi aridit, asserentis, quod cum hora prima noctis appropinquante, quo tempore, ut erat verosimile, puerum ad se coenandi, et hospitandi causa perlatum venturum, non adventasset; ex tunc Virgo coepit de eius absentia certior fieri, ac ingentem dolore affecta in illa verba prorupit, quae patriarcha ludas dixit, quando Ioseph disparuerat: *Puer non comparat, et ego quo ibo? vel illa, quae contemplatur divus Bonaventura (in meditationibus vitae Christi c. 14) dicens: O Deus, et Pater aeterno, clementissime, tibi placuit mihi dare filium tuum, sed ecce perdidisti eum, et nescio, ubi sit. Redde eum mihi, o Pater; tolle mihi amaritudinem istam, et ostende mihi filium meum. Sed ad Iesum se convertens, dicebat: o fili dilectissime, ubi es? quid est de te? quid quærens nunc hospitaris? indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ubi repuescas in nocte; doce me, quomodo veniam ad te, vel, tu rede ad me, ostende mihi faciem tuam, et salva ero; sonet vox tua in auribus meis; haec d. Bonav.**

Possumus etiam aliter eundem Marianum CARTHAGINENSIS DE B. M. V. — Vol. II,

dolorem expendere variis comparisonibus utentes, et ut a rebus naturalibus exortitur, revocemus in memoria, ingentem esse dolorem ursae, cum catalus ab ea auferatur. Unde Chusi ad exaggerandum Absalonis ingentem dolorem, quem patiebatur pater suus David (*2. Reg. 17*): *Tu nosti,* inquit, *patrem tuum, et viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos, et amaro animo, veluti, si ursa raptis catalis in saltu veniat:* Vacca etiam abstracto vitulo, prae dolore mugit. Unde in sacra Scriptura legitur, quod consulo vaccae quaedam foetiae adductae fuerunt ad portandum Arcam Domini, quia reclusis earum vitalis, ipsae prae dolore concepto de eorum absentia, et prae desiderio redeundi ad illos, velociter preperant. Columbam deinde quis ignoret, ablato pullo, gemitundam querulas voces formare? ac tandem ovio perditto agno, quem peperit, et non invento, non solum per praeta cursitat, sed usque ad domos propinquiores, quas alias non ingrederetur, impatiens filii amor illum ducit. Fortissima ursae erat b. Virgo, vacca rufa, columba sine felle peccati, ovio mansuetissima: igitur raptu catalo, vitulo ablato, pullo absente, agno Dei Iesu perditum, qui agnus Dei erat, et totus eius thesaurus, non poterat tam ingentem iacturam leviter dolere.

Ad haec, si tantus fuit primorum parentum Adam, et Hevae dolor propter paradysum terrestrem amissum, a quo fuerat a Deo relegate, memores amoenitatis illius fontis perenni, arboris vitae, et deliciarum, quibus scatebat; quo quae dolore putamus oppressos Mariam, et Ioseph, cum se agnovissent puero Iesu privatos, qui sibi erat paradysus voluptatis, arbor vitae, fons gratiae salutis in vitam aeternam? Deinde, si tam ingenti anxietate premebatur pater Abraham, cum nondum risum, hoc est, Isaac filium suum perdidisset, sed tantum sibi perditum videretur: non dubito quin beata Virgo, quae iam perditum a se risum suum, hoc est, filium eius Iesum agnoscebat, graviore doloris vulnera, quam Abraham, fuerit sauciata. Quid plura? Si mater Sisarae oppresso animo erat, ut habetur (*l. Iudit. 5*) propter dilationem adventus filii sui, et per fenestras amaro animo respiciebat, si forsitan iam adventasset, quamvis aliquo prospero eventibus illum frui cogitaret: dicebat enim: *Forsitan nunc deidit spolia, et pulcherrima foeminarum dicitur ei: nemo prudens inficias mihi ibi, graviore multo moerore Mariam fuisse coniectam ob dilationem adventus filii sui, cui non prospera, sed adversa multa ex materno affectu suspiciebatur in ea tenera aetate illi posse contingere, ab ipso, ut cupidus erit pro nobis patienti, minime responsa. Ac tandem (*lib. Tobias c. 10*) legitur, ingentem fuisse moerorem, quem Tobias senior, et confux eius Anna ob absentiam filii sui conceperunt. Unde ipsa mater montium caecamina conseedebat, ut, si eum eminus venientem cereretur, marito nunciaret; quem tamen, cum elusa, frustra-taque non videret, lacrymans, et querubunda dicebat: *Heu, heu me fili, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, bacu-**

lus senectutis nostrae? At maior, mihi credite, amaritudo, angustiaque fuit, quam gloriosa Deipara, et Ioseph hodierna die de amisso puero Iesu senserunt; cum illi, ut minimum, cognoscerent, ad civitatem Medorum profectum fuisse filium suum, et sufficienti viatico munium: at sacri hi parentes prorsum ignorabant locum, ubi degeret Iesus, certeque sciebant, nullo viatico ad proprium victum se munivisse; atque hic acerbus dolor vehementius, quam matrem Tobiae, impellebat Mariam, et Iosephum, ut diligentissime puerum Iesum quaerirent. Certe illi longum iter, filium quaerentes, non fecerunt: Maria autem, et Ioseph, ut sacer Evangelista Lucas non obscure indicat (*cap. 2*), primo die mox inquisierunt illum: simul autem atque non inveniunt, continuo regressi sunt versus Ierusalem, unde exierunt. Quanta quae moestitia Marianum cor toto illo triduo occupavit praesertim, cum adventante nocte, charissimam ac sibi dulcissimam pueri consortio, ut solita erat, non frueretur? Tunc dicebat (*Cant. 3*): *In lectulo meo per noctem quaesivi, quae diligit anima mea: quaesivi illum, et non inveni; super quae verba Rupertus (in e. 3. Cant.) tradit, beatam Virginem tam ingenti erga Christum amore flagrasse, tanquamque ex illius aspectu solitam spirituales sumere voluptatem, ut cum Christus Dominus in lectulo recumberet, ipsa illum intuens, per plures transiret noctes insomnis. Unde, iuxta Rupertum sententiam, sensus illorum verborum est: Cum more solito vultum filii mei in lectulo decumbentis contemplari concupiscerem, quaesivi illum in lectulo meo toto illo triduo, sed non inveni. Verum in medio Iulii Mariani sermonis liceat mihi, bone Iesu, ad te verba mea convertere. Si filius ille Tobiae, et Annae ex desiderio revertendi ad parentes, dixit sece-ro suo, (*Tob. 10*): Ego noxi, quia pater meus, et mater mea modo dies computant, et cruciatu spiritus eorum in ipsis; quomodo tu, Domine, non attendis dolorem Mariae, et Iosephi? At dies: Ego dispono matri meae, sicut disposuit mihi Pater. Pater derelinquit me, ut dicam (*Math. 27*): Deus meus, ut quid derelinquisti me; derelinquit filium matrem, ut ipsa idem dicere possit: Ut quid fecisti nobis? Ceterum sine dubio arbitror, puerum Iesum commiserat matris suae, manifestationem sui accelerasse, ut maternum dolorem leniret. Si enim, ut Plutarchus refert, Alexander ille magnus legens epistolam sibi a matre missam, in qua significabat, eam multis lacrymis commotam, adversus Antipatrum famulum eius; legensque aliam epistolam proluxam ab eodem Antipatro scriptam, continentem multas calumnias adversus Olympiadem matrem, ipse Alexander non potuit lacrymas continere, quin et diceret: Numquid ignorat Antipater, quod una matris lacryma multas delet epistolas? non dissimiliter Christus Dominus non ignarus lacrymarum, quibus vultum eius ellagibat Deipara, filiali miseratione, et pietate erga Virginem matrem commotus, petitioni illius annuit, siquae manifestationem amore illius acceleravit. Unde mox atque pervenerunt*

Ierusalem Maria, et Ioseph, ut moris erat illis, templum intrantes, invenerunt illum gravissima doctorum corona circumdatum, ac coelestia arcana cum summo omnium auditorum stupore reserantem; ubi, ut ab incepta Tobiae historia non discedamus, quemadmodum parentes Tobiae incredibili gaudio perfusi sunt, filium ab angelo Raphaelae ductum, sospitem, et incolumentum domi reversum videntes; ita Maria, et Ioseph indidicibili alacritate exhilarati sunt, cum primum desideratissimum filium in templo invenerunt. De Tobia, et Anna autem sacer textus (*e. 11*), quod *consurgens pater eius, occurrit obviam filio suo, et suscipiens, osculatus est eum, cum uxore sua: et cooperunt ambo flere praefra gaudio: non secus, pie opinor, beatam Virginem, et Iosephum post finitam disputationem ad filium accessisse, dulcia oscula, et amplexus ei dedisse, et prae gaudio laetitia lacrymas effundisse. Ecce experti sunt Maria, et Iosephus, quod senior Tobias Deo dicebat: Post tempestatem tranquillam facis, et post lacrymationem, et fetum exultationis inibrem infundis. Amisso Iesu adfuit tempestas; sed invento Iesu collaetantur illi. Cui cum Patre, et Spiritu sancto sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA VII.

In illa verba: Pater tuus, et ego dolentes quaerebamus te: ostenditur, Deum non posse annulli, nisi per peccatum mortiferum, cuius turpitudine varia eruditione describitur. Inventiendum vero esse sedula diligentia, et ingenti animi dolore, et postquam inventus fuerit, tenacissime retinendum ad imitationem Virginis.

Argumentum, cuius tractionem hucusque suscepimus de puero Iesu a beata Virgine amisso, et ab eadem invento, sermonem a me extorqueat, ut triplicem viam aperiam; prima qua Deus amittitur, ut ab ea fugiamus; secunda, qua Deus amissus invenitur, ut eam ingrediamur; tertia, qua inventus retinetur, ut in ea ingiter persistamus.

Via quidem amittendi Deum unica tantum esse perhibetur, nimirum, solum mortiferum peccatum: certum enim est secundum catholicam fidem, Deum non recedere ab homine, nisi ipse prius per peccatum mortale recedat ab eo. Unde d. August. (*l. 12. de Civ. Dei. c. 12*) ostendens, quod Adam peccans prius reliquerat Deum, quam relinqueretur a Deo, ait: *Quamobrem, etiamsi in eo, quod dictum est: morte moriemini, quantum non est dictum, mortibus, si eam solam intelligamus, quae fit, cum anima deserit a sua vita, quod illi Deus est; non enim deserta est, ut desereret, sed, ut desereret, deseruit: ad malum quippe eius, prior est voluntas eius; ad bonum vero eius, prior est voluntas Creatoris eius; sic, ut eam faceret, quae*

nulla erat; sic, ut reficiat, quae lapsa perierat, etiamsi erga hanc intelligamus, Deum denunciante mortem in eo, quod ait: *qua die cecideris ex illo, morte moriemini, tanquam diceret: quia die me deserueritis per inobedientiam, deseram vos per sustitiam.* Cum igitur mica tantum sit via amittendi Iesum, nempe, mortiferum peccatum, ab ea certe, ut longe declinetis, eandemque ingredi exhorrescat animus christianus, diligenter curabo ante oculos vestros proponere ingentia detrimenta, et incommoda, quae ingredients viam hanc, nulla ratione vitare poterunt.

Tam certe est cunctis nota, et manifesta gravitas iacturae, quam anima amittens Deum per peccatum, susinet. ut idololatrae homines gentilico more viventes, solo lumine naturae illustrati, illam agnoverint; ut enim Seneca (*epistol. 54*) dixit: *Prima illa, et maxima peccantium est poena, peccasse.* Cicero etiam scripsit: *Praeter culpam, et peccatum, nihil potest accedere, quod sit horribile, atque pertimescendum.* Deinde sacra Genesios commemorat historia (*e. 31*), quod quando Laban insectatus est sanctum Iacob, eo quod illo inscio, et insalutato filias eius secum tulerat, nec non etiam argenteos, et aureos suos Deos, et alia eius suppellectilia; pervenientes tandem ad illum, triplicem querelam ei proposuit; et quod ipso nesciente recessisset: *Cur ignorante me, fugere voluisti?* et quod non permisisset osculari filias suas, antequam abirent: *Non es passus, ut oscularer filios meos;* sed tertiam, tanquam omnium maximam ultimo loco apposuit, quod Deos suos abstulisset: *Cur furatus es Deos meos?* Hanc certe existimans reliquis aliis maiorem esse iacturam. Simile etiam quiddam lego (*lib. Iud. c. 18*) accidisse eundem idololatrae, nomine Micha: nam, cum quidam latrones bona omnia domus suae depraedarentur, ipse dolens secutus est eos maximis clamoribus eulans; ipsis autem ad eum dicentibus: *Quid tibi vis? cur clamis: quid tibi est?* Ecce quamvis omnia bona, quae domi habebat, et fures illi surripissent, nullum illorum nominavit, nisi *Deos suos*, quasi nihil habens rapinam suorum bonorum pati, respectu tanti mali, quantum existimabat esse, Deos suos amississe. Si ergo tam grave putatur detrimentum, falsos Deos perdere, qui oculos habent, et non videbunt, os habent, et non loquuntur, manus habent, et non palpabunt, ut occinit regius vates; quanto christianus homo, divinae fidei luce praelucens, Dei veri amissionem, qui in principio creavit coelum, et terram, graviorem iacturam reputare debeat? Hanc maiorem gravitatem ex multiplici capite deprehendere licet.

Primo, quia amissio Dei mortem infert animae: ut enim scite dixit d. Augustinus (*serm. 18. de verb. Apostol.*): *Praesentia animae tuae caro tua vivit, et quando in carne tua praesentia anima est, necesse est, ut vivat caro tua: putas, non esse aliquam vitam, qua vivit ipsa anima tua? quomodo autem habet caro suam vitam, videlicet animam, sic habet et anima tua aliquam vitam suam; et quomodo caro, cum moritur, expirat aliquam vitam suam, sic et ani-*

*ma, quando moritur, expirat aliquam vitam suam. Vita corporis anima est, vita animae Deus est. Hinc duo gravissima mala emergunt, tum quod, sicut corpus emortuum, etiamsi multis vulneribus confodiatur, nihil sentit, quod secus accidit vivo; quod unicus axis puncturam ferre non potest; ita anima per absentiam Dei emortua multis peccatorum ulceribus se lace-rans, nihil sentit, nihil ea dicit. In cuius figuram Deus olim, ut legitur (*Ezech. 24*), huic prophetae iussit, ut fameli cum privaret multum bonis, etiam ipsa uxore, nullo modo plangeret, sed potius pretiosus vestibus se ornaret, et diademate caput suum laetus redimitret. Quod postea videns populus, et admiratus, interrogavit prophetam, quid sibi haec vellent, ut tam urgenti occasione lugendi sibi oblata, ipse hilaresceret, et ad tanta mala, quasi insensibilem se exhiberet? Respondit, ita placuisse Domino, ut faceret; ad significandam eorum insensibilitatem, qui post multa, et ingentia scelera patrata, non solum non lugerent, sed potius iubilarent, et pretiosis vestibus se induerent, et coronas capitibus imponerent (*e. 4*): *Coronas habebitis in capitibus vestris, et calcamentia in pedibus: non plangebitis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris.* Expecti etiam sunt id David, et Saul. Peccavit David, et post peccati adulterium, quod mors animae ei fuit, adeo induruit, ut per plures menses, quasi insensibilis existeret, et ad divinas inspirationes cor eius tangentes aeneum se praebaret, et homicidium contra innocentem Uriam perpetrare non dabatur, qui alioquin ante familiarissimus, et amicitissimus erat Deo. Sautem etiam regem nemo ignorat, quantum post illud inobedientiae crimen a pristina virtute degeneraverit, qui sine ulla causa, furore percitus, septuaginta sacerdotes Domini vestitos Ephod, ade se trucidare fecit, et Nobe civitatem sacerdotum sic evertit, ut nec ovibus, neque pecoribus parceret. Tum etiam, quia, sicut corpus emortuum vitalibus operationibus caret, ita etiam, qui peccati morte interit, cum caret vita gratiae, nullam vitalem operationem vitae aeternae meritorium exeret; quantumvis ad eam eligendam conetur; quia, cum principium meriti sit vita gratiae, repugnans, hac deficiente, opus prodire meritorium; atque hac facit illud (*Psal. 38*), ubi David loquens de peccatoribus, inquit: *Sepulcra eorum, domus illorum in aeternum:* quid quaeso est, quod David ait, peccatorum sepulcra domus illorum fore in aeternum, cum fide catholica sciamus, illa ex sepulchris resurrectura. Plane vult propheta, tum quod peccatoribus propria corpora in alia vita erunt velut sepulcra, quibus sepulchrae in aeternum iacebunt eorum animae; tum quod sicut in sepulcro corpus corroditur a vermibus, ita et anima illorum intra corpus inextinguibili vermibus discerpetur, Isaia dicente (*cap. 66*): *Vermis eorum non morietur: tum quod, sicut corpus in sepulchro manet, velut carcere constructum, sic et anima peccatoris intra eius corpus velut intra horribilem carcerem perpetuo percussa, et scelorum commissorum vinculis alligata, Salomone dicente (*Prov. 5*): *Et funibus peccatorum***

suorum constringitur. Ac tandem, sicut sepulcrum summa caligine est obscuratum, ita et anima in corpore illo iniquo per totam aeternitatem grata luce privabitur, iuxta illud (Matth. 22): *Mittite illum in tenebras exteriores*; hoc est, in locum, de quo Iob (cap. 10) dixit: *Ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.*

Secundo, hanc malitiae peccati gravitatem colligo ex verbis d. Gregorii (lib. 20. Moral. cap. 15) dicentis: *Habet hoc proprium humani animus, quod mox, ut in culpam labitur, a sui cognitione longius separatur. Accidit quidem peccanti, quod Samsoni, qui a Philisthaeis captus, ludibricos hostium habitus, et molere in pistrino iussus, ante omnia excoecatus fuit, quia eruti fuerunt ab eo oculi. Accidit etiam ei, quod Sedeciae regi, qui devastato regno, extinctis liberis, et Proceribus regni, vindictis ferro manibus, et pedibus, in tetrum carcerem detrusus, ocalorum lacturam passus est. Hoc horrendum nocumentum infert peccatum mortale animae, ut reddat illam coeam, ne videat se Deum perdidisse. Ad hoc respiciens Oseas (cap. 7) dixit: *Factus est Ephraim, quasi columba seducta non habens cor*; quia, secundum Hieronymum, sola columba ablatis pullos non dolet, nec requirit; sic iniquus ablatum ceelum, immo et ablatum Deum, non dolet, non requirit. Congruunt etiam illud (in eod. capite): *Comederunt alieni robar eius, et ipse nescivit, sed et cani effusi sunt in eo, et ipse ignoravit, comedid peccatorum robar impii, id est, gratiam, et ipse nescivit.* Unde praeclear iuxta morem sum d. Gregorii (in 4. cap. Iob), docet a peccatis ita consumi iniquos, ut consumitur a linea veslis, hoc est absque fornilu, et sensu, iuxta illud (Iob 4): *Consumuntur velut a tineae*; sic enim ait: *Tinea damnum facit, et sonitum non facit; ita iniquorum mentes, qui damna sua considerare negligunt, integritatem, quasi nescientes perdunt: quasi a linea consumuntur, quia sine sonitu morsum culpae tolerant, dum, quanta detrimenta vilae, et innocentiae patiuntur, ignorant; haec ille.**

Atque hinc est, quod peccator nec curat recuperare, nec invenire, quod perdidit, quia perditum non agnoscit: ut enim dixit d. Bernardus (epistol. 190. ad Innocent.): *Non quaerit redimi, qui se nescit esse captivum.* In cuius figura legitimus in hodierno evangelio, quod parentes Christi non quaesierunt illum, donec ab eis abesse cognoverunt. Secus quidem fecit David, qui poenitentia ductus dicebat (Psalm. 50): *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper; id est, ante me, seu, coram me, ut interpretatur d. Chrysostomus (sup. Psalm. 50) dicens: In conscientia sua David, tanquam in imagine peccatum habebat depictum, et per singulos dies videbat putredinem; ideo dicebat: peccatum meum coram me est semper; ego illud video, tu Deus, ne id consideres; ego illud scribo, tu, quasi Dominus dele.* Oportet ergo, ut peccator peccata agnoscat, ut Deus ignoscat, et ante oculos suos illa statuat, ut Deus post tergi sum eum reiciat, iuxta illud regis Ezechiae dictum: *Proiecasti post tergum tuum omnia peccata mea (Isai. 38);* unde d. Aug. *Sit ante te, quod non vis esse ante Deum; si autem*

post te feceris peccatum tuum, retorquet illud tibi Deus ante oculos tuos. Audi, quaeo, quod de hoc scripserit ethnicus philosophus Seneca (epistol. 28): *Intium, inquit, est salutis notitia peccati: quia peccare se nescit, corrigi non vult: deprehendas te oportet, antequam emendes; inquirere in te, accusatoris primum partibus iungere, deinde iudicis, nocissime deprecatoris; haec ille, non, ut ethnicus, sed velut christianus. Simile habet Aug. (serm. 87. de tempore): *Peccata, ait, nostra, iudices non sentiant, non patronos, accusatores suos, non defensores esse cognoscat.**

Tertio, quia in conspectu Dei nihil vilius, et abiectius peccatore excogitari potest. Unde Iob ad significandam abiectiorem, et vilem, quam in peccatoribus parit peccatum, vocal eos extrema terrae (Iob 38): *Concutiens extrema terrae, excussisti impios ex ea. Extrema terrae hoc loco appellat peccatum, quia Deus signis, et prodigiis illius temporis deterrere intendit, ut convertantur, et salvos faciat illos, dicente Propheta (Isai. 49): *Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae, hoc est, usque ad abiectum peccatorem; vocantur vero isti, extrema terrae, nullis de causis. Primo, quia peccatores nesciunt iuxta rectam rationem, et prudentiam vivere, quae semper medium tenere studet, in quo virtutes consistunt; sed extrema positi sequuntur, quae semper villosa sunt, alque prohibita, ut Arist. docet (lib. 2. et hic c. 6, 8. et 9):* aut enim avari sunt, aut prodigi, a medio virtutis recedentes; aut timidi, ut temerarii, et audaces, quae extrema sunt, ubi medium tenet virtus, et prudentia, secundum d. Tho. doctrinam (c. 2. q. 64. art. 1): aut fortasse vocantur peccatores, extrema terrae, quia sunt magis distantes et separati a Deo, qui in medio iustorum est; propterea dicitur (in Psalm. 118): *Longe a peccatoribus salus, quia peccatores longe positi sunt a Deo, corde, et operibus: et quamvis fide christiana illi utcumque adhaereant, longe tamen recedunt, separantes seipsos a Deo iniquis suis cogitationibus, ut ait Sapiens (Sap. 3): *Perversae cogitationes separant a Deo: aut certe, nostro argumento accomodatius vocantur, extrema terrae, quia sunt abiectiores, et viliores omnibus, qui in terra sunt, et magis despecti, ac sine honore. Sic enim sacra Scriptura abiectos homines vocare solet; sicut (3. Reg. 12) dicitur de Ieroboam: *Fecit sacerdotes de extremis populi, sive enim reges illi fuerint, sive principes, aut divites, et nobili genere orti, si peccatores sunt, si separati a Deo, et vitis dediti, viles sunt, et sine honore in oculis Domini, et in veritate, qui continentur me, ait Dominus, erunt ignobiles.* Immo, non solum peccatum reddidit illos ignobiles, sed et infames, et ignominiosos: nam ubi Salomon (Proc. 14) inquit: *Lusitia elevat gentem, miseros autem facit peccatum: Pagninus vertit: Ignominia erit populis peccatum.* Quia tamen contingit frequenter, ignobiles esse divites, divitarii autem splendor ignobilitatem, quandoque legit, quandoque inaurat; peccati vero ea est conditio, ut peccatorem in summam etiam pauperatam con-***

iciat: unde, cum David (Psal. 30) iuxta nostram vulgata ait: *Infirmata est in paupertate virtus mea, d. Hieron. et septuaginta Interpretes verterunt: *Infirmata est in iniquitate; iniquitatem veram esse pauperatam iudicantes; et quia paupertas valde acerba est, et multum affligit, Pagninus vertit, in afflictione.* Chald. in acerbitate, alii, in instabilitate. Ita etiam censuit Bersabee, quae, ut legimus (3. Reg. 4), ut declararet magnum pauperatam, in quem transiit ipsa, et filius eius incidere post mortem Davidis, dixit ei: *Erimus ego, et filius meus Salomon, peccatores;* quo genere loquendi summam pauperatam significavit, quia nulla paupertas comparari potest cum ea, in quam peccator incidit, divinam gratiam et Deum ipsum amittens. Expendit hanc pauperatam d. Chrys. explicans verba illa: *Cognoverant, quod mali essent: verba eius haec sunt: Mandati praevocatio vestem illam novam, admirabilemque gloriae, ac supernam benevolentiam excolavit. Et consuervit folia feus, et fecerunt praecipitum diei illos diaboli consilium: nam tanta gloria dudum circumdatus, nunc folia feus consunt; hoc diaboli deceptionis laborum est; hoc machinabatur illius consultatio, ut non solum maiora non conferret, sed et denudaret, et destitutos ab his, quae habebant, ostenderet.* Tantum malum est peccatum, ut non solum nos a superna gratia alienos faciat, sed ad nullam confusionem, et humilitatem deducat, a medio nos privat a bonis, quae iam possidebamus, omnem etiam fiduciam non semel aufert. Quid plura? Observavi in sacra Scriptura, propter varia vitia, quibus peccatores brutis animantibus se conformant, variis bestiarii nominibus, ad eorum vilem declarandam, passim compelliari. Interdum, canes, ob impudentiam, vocat (Isai. 56): *Canes, inquit, muti, non valentes latrare; interdum, ob libidinem equos (Ierem. 5): *Equi in foeminas insanientes facti sunt, unusquisque uxori proximi sui inhaerebat; interdum, propter voluptates, porcos (Matth. 3): *Nolite mittere margaritas vestras ante porcos; interdum vero asinos, ob stupiditatem, et ruditatem (Psal. 48): *Comparatus est, inquit Scriptura, iumentis insipientibus, et similibus factus est illis; nonnunquam serpentes, et viperas, ob latens venenum, et malignam, sicut, et d. Ioannes clamavit dicens (Matth. 3): *Progenies viperarum, quis vobis ostendit fugere a ventura ira? quandoque aspidem, venena diffundentes (Ps. 13): *Venenum aspidem sub labiis eorum; immo, et ipsum venenum eos vocat: nam ubi nostra Vulgata legit: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum; alii ex hebraeo verunt, oleum amaritudinis; et alii: oleum venent, alii oleum toxicis; et transferunt. Ac tandem Herodem, ob astutiae malignam, vulpem appellavit Christus Dominus, dicens (Lucas 13): *Dicit vulpi illi. Hinc est, quod ad haec respiciens d. Chrysost. (homil. 4. in cap. 1. Matth.) ad peccatorem se convertens, in hunc modum illum carpit: *Unde fideliem te esse potero cognoscere, cum omnia contrariam de te ferant sententiam, teque opterrissimam**********

infideliem esse convincant? et quid dicam: utrum fidelis? nec si homo vere sis, possum evidenter agnoscere: quando enim, ut asinus, calcitras, ut taurus superbis, in libidine incensus hincis, ut equus; quando in vulpi asinorum imitari voratum, et pinguedine corpus multorum more distendans; quae exaceranda simulatue camelum, lupum iniferis rapina, cum irascaris, ut serpens, et atrocitate scorpionum percutis, cum subdole insidieris, ut vulpes, cumque veneno malignitatis armeris ut coluber, et vipera, qui quasi diabolus ipse adversus fratres crudelia labe suscipias, qua ratione in hominam te possum numero collocare, nulla in te cernens humanae signa naturae? O rem plenam doloris, alque lacrymarum: fidelis, et cathemeni discrimen reperire cupiebam, sed nec inter homines, et feras quod sit discrimen invenio. Quid enim te appellare debent? feras? sed ille uno aliquo horum vitio tenetur, tu vero, simul in te omnia colligendo, longe ferarum irrationabile, stultumque genus transperderis. An diabolum te potius appellen? sed ille, nec pecunias concupiscit, nec tyrannidi ventris obsequitur. Cum igitur para in te vitia sint, quam in bestis, atque daemonibus, responde, obsecro, ut de te possum iure hominem nuncupare? si vere te hominem appellare nescio, quo tandem modo potero, fideliem te vocare? haec d. Chrysost.

Verum quia terra, et lutum, ipsis animantibus villosa sunt, his peccatores in sacris eloquiis comparantur: unde illorum illa est vox (Iob 30), *comparatus sum luto, quia videlicet, ab omnibus instar luti mereretur conculcari, et (2. Paral. c. 27) postquam sub metaphora domus dixerat Deus, destructurum se ac devastaturum peccatorem: *Domum hanc, quam sanctificavi nomini meo proteream, et infra, ut vertit Vatablus: *et domus ista excelsa erit in procerbum universis transluentibus: continuo subdit: *Et dicent stupentes: quare fecit Dominus sic terrae huic? Ecce, quae paulo antea vocata fuerat, domus excelsa, subito facta eius devastatione, non amplius vocatur domus, sed terra, quare fecit Dominus sic terrae huic? ut hinc intelligamus discrimen inter iustum, et peccatorem, quod ille domus excelsa Dei est, in qua placet ei habitare, peccator autem terra est desolata, ac devastata, sterilis, et inculca. Unde d. August. (tract. 2. in epistol. Ionn.) dixit: *Talis est quisque, qualis eius delictio. Terram diligis? terra es. Deum diligis? quid dicam? Deus es. Cum igitur peccatores terreni diligant, merito terra nuncupantur.*****

Ceterum, David peccatoris vilem, et abiectiorem magis omnibus exaggerans, aliusque eum contempnans, peccatores vocat nihilum, dicens, ad nihilum redactus sum, et nescivi. Unde d. Hieron. (in caput primum Aediae) inquit: *Qui petit ei, qui est et qui dicit ad Moysen: quis est, misit me ad vos, secundum regulam Scripturarum: Ne tratas Domine, regnum tuum his, qui non sunt. Peccatores ergo dicuntur non esse; haec ille. Hic idem humilliter agnoscens d. Augustinus, miserum illum statum deplorans, quando sub peccati ingo iacebat, haec praecleara verba protulit (lib. Soliloq.): *Nunc tigi-**

tur, toties nihil factus sum, quoties a te separatus sum, quia bonum, quod tu es oblitus sum; et ideo malus effectus sum. *Yeh* mihi misero, ut quid hoc non cognoscebam, quia te deservens, nihil feceram? Si ergo nihil fui, cum sine te fui, quasi nihil fui, et quasi idolum, quod nihil est. Ecce Augustinum asserentem, peccatorem nihil esse; et merito quidem, quia respectu meriti vitae aeternae, respectu gratiae et beatitudinis, perinde est ac si non esset; et multo etiam peius, quia minus malum est privatio boni, quam pura negatio eiusdem.

Item peccatum est origo omnis desolationis et devastationis: nam in primis inania opera bona praeterita reddit, illa mortificat, et iacturam facit omnium meritorum, quibus per solam vitam homo insudaverat, Ezechiele dicente (c. 33): *Omnes iustitiae eius oblationi tradentur.* Immo omnia divina charismata, quibus anima iusti condecorabatur, una excepta fide, et spe, penitus absumit. Ad quod significandum peccatoris animam comparat Iosel propheta vineae, quam aerea et locusta demollitae sunt, nihil boni in ea relinquentes (Ios. 1): *Residuum*, inquit, *eruca conedit locusta, et residuum locustae comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo. Experiencesimini ebrui, fete, et utulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore vestro.* Unde d. Hieronymus ad idem adducit verba illa eiusdem Prophetae, his satis similia: *Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, et flamma succendit omnia ligna regionis. Sed et bestiae agri, quasi area sitiens imbre, suspexerunt ad te: quoniam exsiccati sunt fontes agrarum, et ignis devoravit speciosa deserti.* Rubra haec ad iustum quandam virum referri possunt, qui cum declinaverit, et fecerit malum, nequaquam et virtutes pristinae proderunt, sed iudicabit eum Dominus secundum ea in quibus inveniit. Flamma quae succendit omnia ligna regionis, illa credenda est, quae immittitur ardentibus diaboli sagittis, ut nihil in nobis bonarum frugum remaneat, sed cuncta incendio consumantur. Hanc devastationem perpendens idem d. Hieron. (in cap. 1. Ios.), ait, vineam hanc sic devastatam, irridendam fore ab angelis, et inhabitandam a serpentiibus: verba eius sunt haec: *Omnis, qui transit per eam, sibilabit, et movebit manus suas. Quod si id de angelis intellexerimus, ita interpretabimur, Cuius transierit per eam angeli, et non transierint in ea, ut prius facere consueverant, stupebunt et mirabuntur, et non eam fulcunt, ei sustentant ruentem manibus suis; sed levabant manus, et pertransiunt, vel certe cum sibilu atollent manus, et quasi plangent in morem lugentium conceperunt. Si autem hoc de diabolo voluerimus accipere, qui vincam quoque, quae de Aegypto translata fuerat, vastaverit: dicemus, per animam, de qua Christus recesserit, et quae prius templum Dei fuerat, et in eo desivit, transire serpentem, et sibilare in ea, et remanae suae malitiae ecomere. Huc etiam facti, ad devastationem peccati magis exaggerandam, quod Isaias peccatorem comparavit lagenae in frustra confrictae, cuius nulla pars in ministerium aliquid apta manet (Isai. 30): *Conminuetur,**

sicut conteritur lagena figuli, contritione pervalida, et non inveniatur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, ut hauriatur parum aquae de fonte. Ac tandem, ut uno verbo nulla complectar, totius orbis considera desolationes, et omnes ex peccato ortas reperies, Undenam orta est coeli desolatio, cum ex illo tot angelorum millia cernerent, unde pestilentiae? unde reliquae hominum strages? unde mors denique, quae omnia destruit? ex peccato. Omnis ergo desolationis fons et scaturigo est peccatum.

Ultimo, viam peccati ingredi, detestari debemus, quia inter omnia abominabilia non solum terrae, sed ipsius etiam inferni, nihil peccato abominabilius, non dicam reperiri, sed nec cogitatione concepi potest. E quidem per peccatum homines fieri abominabiles, nullus inficiari poterit, dicente Osea (c. 9): *Facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilacerant.* Adeo abominabilem censet Deus peccatorem, ut nolit, eum comparare ante ipsum: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* David etiam abominandum adeo iudicavit peccatorem, ut cum reliqua animantia invitaret ad benedicendum Deum, *Benedicite omnia opera Domini Domino: serpentes et volucres pennatae; ad id lamen minime peccatorem invitavit: quia non est speciosus laus in ore peccatoris (Eccles. 15).*

Esse autem peccatum inter omnia abominabilia summum abominabile, illud satis luculenter declarat, quod Iacob noluit petenti Ruben filium Benjamin praebere, licet ei diceret (Gen. 42): *Ambos filios meos interfee, nisi reduxero eum tibi vivum.* At Iudaei protestanti peccati se reum, nisi illum reduceret, stamini dedit (Gen. 43): *Nisi reduxero eum tibi, ero peccati reus; longe maius id esse reputans malum, quod sibi Iudas, quam quod Ruben imprecatus fuerat. Nec dissimile est illud, quod contigit Pilato, a paucis tamen observatum. Magna perplexitate laboravit Pilatus, dubitans, an damnare vel absolvere deberet Christum; nam ad absolutum impellebatur ab uxore (Matth. 27): *Misit ad eum uxorem eius, dicens: Nihil tibi et iusto illi, multa inveni passu sum hodie, per visum propter eum; nihil tamen propter id commoveatur ad dimittendum illum.* Iudaei autem, ut eum morte puniret, enim postulabant, illud magno roboris motum ad illum fecerunt et proponentes (Joan. 13): *Si huic dimittis, non es amicus Caesaris.* Nec tamen tunc persuaderet, sed mansit anceps et dubius. In media autem hac perplexitate dixit Christus Dominus Pilato, ut referat d. Ioaanes (c. 19): *Propterea quae me tradidit tibi, manus peccatum habet; et continuo subiungit: Et ex illa hora quaerebat dimittere eum.* Ecce quod non potuit exloquere a Pilato, homine alias gentili, deprecatorio propiae uxoris, nec instantia accusantium, nec periculum cui se exponeret, laedendi Caesaris, sola execranda peccati vox ab eo au-*

dila (ibidem): *Propterea quae me tradidit tibi, manus peccatum habet, id ab eo extorsit, animus eius inclinans, ut Christum dimitteret, ex illa hora quaerebat dimittere eum.* Cum ergo tanta sit turpitudine peccati, totque gravissima detrimenta peccatori inferat, fugite, obscuro fratres charissimi, ab ingressa huius detestandae viae, per quam solus Deus amitti potest; et unusquisque vestrum, divina gratia adiuvante, medullitus et ex toto corde dicat, quod d. Anselmus (lib. de similit. cap. 19): *Si hinc peccati pudorem, et illuc gehennae cererem horrorem, et necessario uno coram deberem immergi, prius me in infernum immergerem, quam peccatum in me admitterem: mallem enim purus a peccato, innocens gehennam intrare, quam sordis pollutus coelorum regna tenere; haec Anselmus.*

Ceterum, iam sermonem convertamus ad secundam viam, per quam oportet ambulare ad invenendum Deum per peccatum amissum. Hanc B. Virgo exemplo suo nos docuit, quaerens Iesum sedula diligentia, et ingenti dolore. Salomon ad significandam hanc B. Virginis diligentiam, in persona eius verba illa dixit (Cant. 3): *Circubo civitatem, per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea: notanter ait: Circubo, quia, sicut in circulo non est invenire finem, ita ipsa protestatur, sine fine quaesiturum se filium, donec illum inveniat.* Unde d. Bernardus (serm. 75. in Cant.) dixit: *Non tepide, aut negligenter, seu perfunctorie quaerit sponsa: nam corde ardenti, et animo infatigabili quaerit. Quo quidem unusquisque nostrum docetur, quomodo a quaerendo Deum nunquam cessare debeat. Sane Christus Dominus non quomodocumque quaerit animam, sed mille modis tentat illam ad se allicere, et non in uno loco, sed in multis eam quaerit.* Unde de ipso ait divus Matthaens (c. 9): *Circubat Iesus per omnes civitates et castella.* Novit enim Dominus, illud esse daemonis ingenium, ut non sequitur, sed diligentissime exploret vias omnes, quibus animam expugnet: *Circuit quaerens quem deoret, ait d. Petrus: quod et ipsemet humani generis hostis de seipso fatetur (Iob 1): Circuit terram, et perambulavit eam.* Ne ergo ipse hoc circuitus stratagemate inveniat quos perdat, consulto Christus Dominus circuit animam, ut nullus daemon pateat aditus ad illam expugnandum. Si ergo Christus te quaerit, circueas civitates et castella, curtu cum Virgine non dicis: *Surgam, et circubo civitates, per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea?* Si enim diligenter quaesieris, invenes illum, ut docuit d. Bernardus (serm. 24. in Can.): *Si nolimus frustra quaerere, quaeramus veraciter, quaeramus frequenter, quaeramus perseveranter: facilis est enim coelum, et terram transire, quam ut sic quaerens non inveniat, sic plenus non accipiat, et sic postulant non aperiat; haec ille.*

Inter alia autem argumenta, quae magnam Virginis diligentiam in inveniendo Iesu manifeste dicant, illud ex sacro epithalamio adnotavi, quod quaerens Christum, quos in itinere offendebat, sollicite interrogabat (Cant. 3): *Num, quem diligit anima mea, vidistis? quod*

et repelens, ingressa per plateas Ierusalem, tandem adloca fuit puerum, quem quaerebat, in templo edocia. Quod peccator instruitur, multum per omnem modum sibi opus esse ad invenendum Iesum, spirituales aliquem doctorem, et magistrum interrogare, et ab eo instrui, quia via sibi gradiendum sit ad invenendum Iesum; ut egregie docuit d. Bernardus (serm. 77. in Cant.), ubi exponens verba illa: *Invenierunt me vigilantes, qui custodiant civitatem, haec habet: Audiant qui sine duce, et praepatore vias vitae ingredi non formidant, ipsi sunt in arte spirituali existentes, et discipuli pariter, et magistri; non sufficit hoc, etiam coacercent discipulos sibi, coeci duces coecorum; quam multi ex hac a recto tramite peccatorum abstergebantur, quod nonnulli ignorantes astutissime salatae, et cogitationes ipsas, factum est, ut qui spiritu coeperant, carne consummarentur, adducti turpiter, lapsi damnabiliter. Videant prorsus qui eiusmodi sunt, quomodo cave ambulant, et de sponsa exemplum sumant, quae non prius ad eum, quam desiderabat ullo modo valuit pervenire, quam sibi occurrerent, quorum magisterio uteretur, ad cognoscendum de dilecto. Certe ad descendum timorem Domini ductoretori dat manum, quae dare dissimulat praepatori. Omnes quidem non viatores sumus, et via, quae ducit ad patriam, angusta est, et carni, et sanguini horribilis, et ideo, a paucissimis frequentata. Oportet igitur huius viae doctorem quaeramus, ne a capto termino insipienter aberremus. Super vices vias, dicit Dominus per Ieremiam (c. 6), et audite, et interrogate de semitis antiquis: quae sit via bona, et ambulata in ea, et invenietis refrigerium animabus vestris: (2. Paralip. cap. 35) legimus, quod noluit Iosias, pius et sanctus rex, credere ei, qui loquebatur ex ore Dei, et suo spiritu ductus, et homo, ut videbatur, zelo incensus, perrexit in praelium adversus Nebucco regem Aegypti, et sagittis vulneratus, occubuit. Nemo quidem ambigit, opus esse nobis bellum gerere, cum Aepostolus dicat (ad Ephes. 6): *Non est nobis collectatio adversus carnem, et sanguinem, sed adversus principes tenebrarum, quos saepe nos ferientes, et vulnerantes non videmus.* Si ergo hanc Iosiae calamitatem spiritualiter experiri notamus, oportet, nos magistris consiliis acquiescere, et proprio Marte non duci: quia, ut Salomon dicit (Prov. 11): *Ubi non est gubernator, populus corrumpitur; salis autem, ubi multa consista: quem locum tractans beatus Dorotheus, satis efficaciter periculum sine ductore pugnantium detegit, et necessitatem spirituales ductoris exponit: *Cavere nos admonet, inquit, ne nosmetipsos informemus, ne nos sociolos habeamus, ne persuadeamur esse nos satis nobis ad regimen nostrum; opus enim nobis est auxilio praetor Deum; opus coadiutoribus. Nihil est miserabilius, nihil, quod citius expugnari queat his, qui nullos duces, nullos auctores habent ad viam Dei.* Ac tandem si omnes alias disciplinas humanas nulli modo sine ductore perdisimus; quae dementia est, velle sine magistro medio virtutum doctrinam obtinere, et divinam disciplinam addiscere? Hoc ipsum perpendens b. Ioaannes Cassianus (collat. 2. cap. 11), ut qui**

in rebus ad regimen animae spectantibus expertissimus esset, haec hinc argumenta congrua valde scripsit: *Etenim, cum omnes artes, ac disciplinae humano ingenio reperiret, et quae nihil amplius, quam huius vitae commodis promittunt, licet manu palpari queant, et oculis videri, recte tamen a quoquam sine instituentis doctrina nequeunt comprehendi; quam inceptum est credere, hanc solum non egere doctore, quae et invisibilis, et occulta est, et quae non nisi corde purissimo perspicere poterit: cuius error non temporale damnatum, nec quod facile reparatur, sed animae perditionem parit, mortemque perpetuam.* Sed quid in sanctorum Patrum testimoniis recensendis immeror, cum non semel Christus Dominus huius doctrinae fuerit magister; nam Paulo dicenti (Acto. 9.): *Domine, quid me vis facere?* non respondit Dominus: haec, et haec facias; sed quid? *Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicitur tibi, quid te oportet facere.* Eo autem Damascenorum civitatem ingresso, Ananiam, non maiorem, non aequalem, sed inferioris virtutis, inferioris meriti, inferioris status excitavit, qui Paulum de omnibus erudit. Si doctorem, si Apostolum, si totius Ecclesiae patrem Christus ad hominem misit, a quo Dei voluntatem audiret; putamus, non absque spiritualis magistri, et ducis adminiculo posse proficere? Erramus, et nos ipsos falsa persuasio decipimus. Certe Deus reges Magos interius illuminabat ad Iesum quaerendum in Bethleem, et nihilominus voluit per externum magisterium illos edoceri, ubi nasci debere Messias. Ingressi Ierusalem, quaesierunt (Matth. 2): *Ubi est, qui natus est, rex Iudaeorum?* et meruerunt certiores fieri de loco: nam principes sacerdotum responderunt (Matth. 2): *Et tu Bethleem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel: qua diligentia adhibita, tandem invenierunt Iesum, Matthaeo evangelista dicente (cap. 2): Et intrantes invenerunt puerum cum Maria matre eius.*

Porro, Deum quaerendum esse non solum sedula diligentia, sed ingenti animi dolore, satius h. Virgo verbo, et exemplo nos docuit, dum dixit (Luo. 2): *Pater tuus, et ego dolentes quaerebamus te.* Sicut enim Maria, quae amaritudine interpretatur, dolebat de absentia corporali filii sui, ita et nos summa animi amaritudine dolere debemus de absentia spirituali illius ab anima nostra, ob scelera multa contra illum patrata. Sicut enim, ut ait Avicenna, prudentes inquisitores auri quaerunt illud scutella eburnea subter aquas, quia aurum naturaliter attrahitur ebore, ut testatur Plinius (de nat. hist.), sicut et ferrum attrahitur a magnete; ita dolore contritionis quaerendus est Deus, quia haec sola, extra sacramenta, virtutem habet attrahendi aurum charitatis, et auctorem eius ad animam. Itaque fratres, oportet, si invenire cupimus Deum amissum, ut turpitudinem peccatorum expendentes, ingenti conatu, et acerbior morore ea detestemur: ut enim dixit d. Chrysostomus (homil. 20. ad Popul.): *Sicut vermis ex ligno nascitur, et illud rodit, ac comedit, suam ab ipso originem habens: sic et dolor de peccato*

natus est, et peccatum absumit. Ut autem hic contritionis dolor sit verus, oportet, ut secum afferat firmum propositum nunquam labendi in praeterita, vel similia peccata, iuxta verba illa Christi Domini (Ioan. 8): *Fate, et iam amplius noli peccare, quae veritas Graecus interpretatur, et ab hoc nunc ne amplius pecces:* quibus verbis non obscure Christus Dominus docuit, ab ipso nunc, seu instanti, a quo peccator incipit de peccatis dolere, incipere etiam debere in eo radicare propositum firmum non peccandi, quod in totam vitam protrahatur. Illud tamen peccatorem moneo, quod si forsam per fragilitate conditionis humanae iterum probabatur, pactumque non reincedit cum Deo initium violaverit, iterum atque iterum doleat, non desperans in Deo esse pietatem ad remittenda eius peccata. Nec solum hoc meum consilium est, sed magni Patris Chrysostomi, qui (hom. 3. de poen.) hanc doctrinam his praeclearis verbis edocet: *Tametsi quotidie pecces, quotidie poenitentiam age; et quod in domibus facimus, cum fragiles, et ad casum mutant, fragilia educimus, tignaque nova submittimus; continuaveque reparationis munus exerceamus; id ipsum et in nobis faciamus. Si hodie a peccato severis, te ipsum per poenitentiam instaura: in peccatis omnem contrivi vitam, at si poenitentiam egero, putas salvabor? unde mihi constabit? Domini excellentia, pietateque, non iam tuae confides poenitentiae. Si sola superferuerit poenitentia, merito timebis; sed quoniam poenitentiae Dei clementia, Deique pietas iuncta est fide, tua quidem malitia mensuram habet, Dei vero clementia, et pietas mensuram non habet. Tua malitia, qualescunque fuerit, humana malitia est, Dei clementia vero est incurvata scripta; ipsa igitur tuam malitiam superat. Cogita scintillam, si in mare ceciderit, num poterit stare, ut in illum detrimetum scintilla ad mare se habet, tantum hominis malitia ad Dei clementiam, immo vero, non tam modo, sed et longe supra: nam et pelagus tametsi magnum sit, mensuram habet; Dei vero clementia mensuram non habet. Haec dico, non quod vos desidi oves faciam, sed promptiores reddam; haec d. Chrysostomus. Promptiores tamen intellige ad dolendum, et contristandum illa poenitentiae, et doloris tristitia, de qua d. Paulus (2. Cor. 7) dixit: *Contristati estis secundum Deum, ut in illum detrimetum patiainini.* Sed quaeret quispiam, quomodo verum sit, peccatorem pati detrimentum in Christo ex tristitia pro peccatis, cum potius accipiat internae renovationis luctum? Respondeo, recte haec inter se cohaerere: nam dum gratiae luctum habet, detrimentum patitur temporalis inmunditiae, qua fruebatur in deliciis carnis suae; dicit autem Apostolus, tale detrimentum esse in Christo, quia dolor, seu tristitia, quae secundum Deum est, per quam detrimentum fit fugacis voluptatis, fundatur in Christo, id docente scilicet fieri; et fit propter Christum amissum, quem peccator invenire satagit, immo, et a Christo ipso cooperante cum peccatore, ad contritionis, et doloris tristitiam concipiendam.*

Ad extremum solum restat viam aperire,

HOMILIA VIII.

Deum amissum per peccatum, diligenter esse quaerendum pro dolore, et poenitentiam; bonaque solo spirituali esse sollicita quaerenda, non temporalia; quia haec vacuum relinquunt animam, illam appetitum eius explet, in illa verba: Pater tuus, et ego dolentes quaerebamus te.

Quam pretiosa, ac inestimabilis gemma sit studiosa, ac diligens in hac vita Dei inquisitio, haec praecleara divi Bernardi verba (ser. 4. in Cant.) ingenio, ac pietate tanti Patris digna, luculenter declarant: *Bonum, inquit, quaerere Deum, ego hoc nullis in bonis animae secundum existimo, primum in donis, ultimum in profectibus est virtutum; nulli accedit, cedit nulli, cui accedit, quam nulla praecedat, quae omnium magis consummatio est? quae enim virtus adscribi possit non quaerenti Deum? quaece terminus quaerenti Deum? quaerite, inquit, faciem eius semper: existimo, quia nec si inventus fuerit, cessabitur a quaerendo. Huius coelestis doctrinae exemplo suo, Deipara Maria, Archimagistra mali exitus videtur. Primo, quia licet aliquando non ignorasset, Christum Dominum non prius regressurum in caelum, quam doctrina, et miraculis filium Dei se ostendisset, et humani generis redemptionem perfecisset; nihilominus tamen, quantum fuit ex parte sua, institit quantum potuit, ut illum inveniret: quo non obscure docemur, ut quantumcumque fiduciam habeamus in Deo, quod nos ad meliorem frugem reducat, nec defuturum in collatione auxiliorum, quibus, ut convertamur indignemus; nihilominus tamen conandum nobis est, quoad fieri possit, bonis operibus insudare, et cooperari fieri Dei in conversione nostra. Certe Iacob recte sciebat, et quod Deus arguerat Laban, et quod praecipere ei, ne in via aspererit illi loqueretur, nihilominus tamen ipse humiliter cum illo se habuit: minime etiam ignorabat, Esau nihil mali fore sibi illaturum, fecit tamen, quod in se erat, mittens munera Esau, ut illum placaret, et inveniret gratiam in oculis eius: *Sic loquimini Domino meo Esau.* David quoque certo sciens se regnaturum post Saulem, quia Dominus sibi auxiliabatur, nihilominus fugiebat a facie eius, et abibat ad Achis regem.*

Secundo, quaerendi Deum doctrinam optimam se nobis praebuit h. Virgo, quae, certissime sciens, puerum Iesum non perisire, aut ab itinere, instar aliorum puerorum, ignoranter aberrasse, aut quasi perditum, vagari, cum de eius divinitate multa ei coelitus fuissent patefacta; ingenti tamen dolore percussa, anxie eum quaerebat, et ut adnotavit Origenes (in cap. 2. Lucae): *Quomodo, ait, si quando Scripturas legis, quaeris in eis sensum, cum dolore quodam, non quod Scripturas errasse, aut perperam quid habere arbitris, sed, quod illae intrinsece habeant veritatis sermo-*

per quam Christum per contritionem, et dolore inventum, eundem postmodum tenaciter nobiscum conservemus, ad imitationem Virginis, quae cum discessit a Ierusalem, secum tulit filium suum, ut perspicue indicant verba Lucae (cap. 2): *Et descendit cum eis, et erat subditus illis.* Unde illa est vox Virginis (Cant. 3): *Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam: quae enim cum dolore quaesierat, et invenerat, non poterat inventum facile dimittere, sed strictissime apprehensum tenere.* Super quae verba elucidanda Richard. (in cap. 3. Cant.) haec habet: *Tenetur Deus orationis devotione, desiderio, importantate, memoria, prece, fide, et expectatione exauditionis; nec dimittitur, si ab intentione non cesset, nec vultus amplius in diversa mutantur; tenetque dilectum, quomais uxorem non sit, nec dimittit, donec benedixerit ei. Luctatum est cum eo tota nocte, quae dormivit; sed cor eius vigilat, quia sollicitus, ab exteriori occupatione cessavit, et in quaerendo dilectum laboravit.* Sed, et audite quaeso nunc d. Bernard. qui (ser. 79. in Cant.) quaedam de Ecclesia sancta dicit, qui in Virginem mirum in modum conveniunt: *Sanctus patriarcha, non te dimittam, ait, nisi benedixeris mihi, ista non vult eum dimittere, et forte magis quam patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione quidem: si quidem illo benedictione accepta dimisit eum; haec autem non sic: nolo, inquit, benedictionem tuam, sed te. Quid enim mihi? tenui te, nec dimittam, nec minus forsitan ille teneri vult, cum perhibeat dicens: Deliciae meae esse cum filiis hominum; quid haec lucta fortius, quae una duorum tam vehementer voluntate firmata est? Tenui eum, inquit, sed nihilominus ipsa ab eo tenetur vicissim, quia alibi dicit: Tenuisti manum dexteram meam: quae tenetur, et tenet, quomodo illi cadere potest? haec ille.*

Quibus addo, quod quemadmodum in ordine rerum naturalium, iuxta commune philosophorum, et receptissimum axioma, per quas causas quodcumque nascitur, per easdem et conservatur; ita et in ordine supernaturali per eas causas, per quas Christus amissus invenitur, per easdem prorsus in anima conservatur. Invenisti Iesum per dolorem contritionis, per orationem, per carnis afflictionem, per sacramentorum susceptionem: his semper insiste, haec itera, haec repete, et Iesum conservabis in aeternum, cui cum Patre, et Spiritu sancto sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.